

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 8. Ludouico Imperatore, erga pauperes, longè liberalior Deus centuplum
reddens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

latro diceret deprehensus circa parietem alieni; hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad prostitutionem: hoc & maleficus incantans mala, & vendens malitiam suam. Quidquid tale prohibere conaremur, responderent omnes, quia non haberent, unde vinerent, quia inde se pascerent quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia artem nequitiae delegerunt, unde vitam transigant, & inde se pascere volunt, non offendant eum, à quo omnes pascuntur.

§. VIII.

Ludouico Imperatore, erga pauperes, longe liberalior Deus centuplum reddens.

Ado
Chron.
xt. 6. An.
815.

Nonò, quod Ado testatur, de Ludouico Imperatore Caroli Imperatoris filio, planè Deo maiore iure tribuitur. Ludouicus, annis circiter viginti octo, quibus imperium gessit, non solum fuit eximius amator castitatis, promotor religionis, fautorq; Ecclesiasticorum; verùm etiam, in Gallia, Germania, Italia totoq; Imperio suo, legatos constituit, qui pauperum & oppressorum curam gererent, eorum caussas audiērent, ijsque iustitiam administrarent, atq; in omni necessitate succurrerent, Deus, non annis 28. duntaxat, sed à condito orbe, Angelos pauperū tutelares constituit, quin &

& causam eorum ipse suscepit, suscipit, suscipiet. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus? ait S. Iacobus.

Iac. 2. 5.

Ipse Christus dixit: cum facis coniunctionem, ve-
ca pauperes, debiles, claudos, & cacos. Ac rur-
sus, cum à coena magna diuites, ob villam Ibid.
emtam, & ob emta quinque iuga boum, at-
que ob vxorem ductam se se excusarent,
iratus pater familias dixit seruo suo: Exi citò in
plateas, & vicos ciuitatis; & pauperes ac debi-
les, & cacos, & claudos introduc huc. Coena
magna, erit coena Agni, non nectare & am-
brosia, sed genimine vitis nobilioris pretio-
sa, in qua, ubi accumbant hi pauperes,
ostendit Lazarus in ipso sinu Abrahæ, sicut
& D. Ioannes in sinu Christi requiescens. Luc. 16;
Cuius rei figura fuit Isaac, qui seuit, non in agro proprio, sed à Geraritis conducto; ne-
que enim Abraham, neque Isaac, neque
Jacob, possederunt agros, aut domos in Chanaan, sed identidem in ea peregrinati sunt. Seuit itaque Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum, benedixitq; ei Domi-
nus. Quare hæc tanta messis, non per satio-
nem, nec per agrorum fertilitatem, sed Dei
beneficio, & per miraculum Isaaco obtigit,

Luc. 14.

13.

Ibid.

longe
douico
, planè
us, an-
perium
or ca-
rū; Ec-
Gallia,
lega-
presso.
audi-
atq;
s, non
orbe,
quin
&

Plin. lib. ut ex uno modio à se seminato, centum
18. cap. II. modios meteret. Quamquam Plinius fe-
 tilissimum triticum *centigranum* appelle,
 vnde & Isaaci prouentum naturalem ob-
 potuisse, non tamen fuisse ostenditur, scri-
 ptura eam vbertatem benedictioni diuina
 ascribente. Hac autem benedictione tam
 copiosa indicatum est, tam vberem terram
 esse paupertatem, in qua qui ferit, centuplo
 recipit, ex Christi oraculo: *omnis qui re-
 querit dominum, vel fratres &c: aut agros pri-
 pter nomen meum, centuplum accipiet, & u-
 tam eternam possebit.* Quò alludens al-

Matth.
19. 29.

S. Hiero- Hieronymus: *Centuplicato fænore Christi pri-*
nym. ep. *missa redunduntur; in tali Isaac quondam ego*
126. *seuerat. Hac fertilitate carent diuitæ, ga-
 dent pauperes. Quibus proinde redit.*
S. Greg. Gregorius Nazianzenus gratulatur hac ac-
Nazianz. *clamatione:*

Felix qui Christum fortunis omnibus emi-
S. Augu- Et D. Augustinus: *Quid est gloriatus homi-*
stin. serm. *ni, quam sua vendere, & Christum emen?*
ylt. de *Quid utilius, quam omnibus rebus exui, ut*
dinuers, *eum habeamus, in quo sunt omnes thesau-*
ri? Quid securius, quam à mundo non
curari, ut curemur à Deo? Mundus respi-
cere ihopes non dignatur, Deus dignatur,
Domino

*Dominus in calo sedes eius : oculi eius in paupe- Psal. 16:
rem respiciunt. Idcirco alibi dictum est: Tibi 5,
derelictus est pauper, quem alij negligunt,
quem despiciunt, Tibi derelictus pauper.* Psal. 9. 351

§. IX.

*Matre infantem suum curante magis solitus
Deus erga pauperes.*

Quemadmodum infans à natura desti-
tutus, nudus, neque surgere, neque se ve-
stire, aut contra frigus tegere, neque cibum
manibus capere, immò neque ea, quæ sibi
necessaria sunt verbis postulare valens, à
matre curatur. Hanc amor impellit, vt
viribus carentem è lecto leuet, vesciat, in-
voluat, portet, sinu excipiat, admotis pa-
pillis nutriat, ciboque præmanso in os in-
serto sopiat, in cunis circumagat, cantando
ad somnum alliciat; plorantem mulceat, ri-
denti arrideat, denique noctes diesque la-
boret, ne quid desit indigenti. Ita Deus pau-
peres & inopes, & se ipsos iuuare non valen-
tes amat, fouet, educat & educit ad æter-
nam vitam. Immò longè magis. Quia ma-
ter sæpe per ignorantiam, sæpe per negli-
gentiam, sæpe per virium defectum infantis
succurrere non potest. Deus autem, cuius
sapientia falli nequit, cuius bonitas termi-

num